



Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies primus et secundus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romae, 1866

Acta Auctore Symeone Metaphraste. Ex Ms. Reginæ Suevicæ signato num.
13. Latine versa apud Lipomanum tom. VI a pag. 313.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73889](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73889)

AUCTORE
J. G.

negat jam sæpe laudatus Leo Allatius. Fateor quidem, in historicis æque ac chronologicis rebus Metaphrastem non minus quam plerosque alios auctores, hallucinatam nonnunquam fuisse; nec omnia ejus scripta undequaque tuenda suscipere auderem; verum, ut solis S. Charitinæ Actis quæ ex antiquioribus desumpsisse videtur, ex æquo vindicandis insistam, sciscitari liceat, quid in iis sit, quod fabulam anilem sapiat, aut fidem superet humanam? An quod, nulla probatione aut convictione juridica præmissa, Charitinæ infligantur plagæ ferreumque collare injiciatur? At, quod multo majus est, teste Lactantio cap. 45, sine ulla probatione ad ipsam extrema martyrii supplicia, seu, ut ipse loquitur, ad confessionem eo tempore dannabantur presbyteri ac ministri seu diaconi. An quod sancta Martyr judicem suum vafrum et callidum vocare ausa sit? At certe longe duriora in ipsamet regem Antiochum adolescentior Machabæus martyr lib. II Machab. cap. 7 conegit, et nihilo mitius sub Diocletiano martyres quosdam locutos fuisse, haud difficile foret demonstrare. Fortassis id displicebit in S. Charitinæ Actis, quod graviora et moribus Romanorum non congrua supplicia ei illata dicantur? Sed Lactantium num. 12 citatum consule; audi et Eusebium lib. VIII Eccles. Hist. cap. 12: Quæ apud Pontum

(adversus Christi martyres) gesta sunt, vel ipso dictu incutiunt horrorem. Id te forte offendet, quod virtute divina suffulta Virgo atrocissimis tormentis illico non succubuerit, quodque incolumis e mari emerit? At pleni sunt hujusmodi prodigiis Ecclesiastici Fasti, de quorum fide nemo sanus ambigit. An demum anilem fabulam sapere, aut humanam fidem superare dices, quod Virginem tormentis invictam, probro ac contumelia affici, iudex præceperit. At mulieres eximia castitate præditas atque etiam virgines, Deo devotas, lenonibus ad omne genus turpitudinis subinde a tyrannis addictas fuisse, nemo non ignorat, qui Eusebium legit. Haud ita certe modestæ ac pudoris terminis sese continebant hujusce temporis iudices, ut contra, eodem Eusebio teste lib. VIII cap. 42, quibusdam in Ponto martyribus, in visceribus ac pudendis partibus fædos atque inexplicabiles cruciatus absque ulla miseratione inferri juberent. Non ergo ex hoc capite neque ex aliis supra recensitis, hæc S. Charitinæ Acta, veluti Symeone indigna; nec, quidquid contra obiitantur nuperi scriptores martyromastiges, ut omni fide indigna, repudianda sunt. Illa adeo ex apographo nostro codicis Ms. Reginæ Sueciæ signati num. 13, una cum Latina Lipomani versione edenda existimavi.

B

E

ACTA

Auctore Symeone Metaphraste.

Ex Ms. Reginæ Sueciæ signato num. 13.

Latine versa apud Lipomanum tom. VI a pag. 313.

Charitina
judici delata
et capta,
a

Dominatum aliquando obtinuit impietas et imperatores furore concitavit adversus eos, qui Christianorum tenebant opinionem a. Satellitum autem et ministrorum erat officium scrutari Christianos; et piis intentabantur minæ **C** multiplicium tormentorum. Ad quendam ergo comitem **b** generosa quoque defertur virgo Charitine, quod non solum in honore habeat Christianos, sed etiam multos inducat ad suam religionem; quin etiam eos, qui opinionem susceperunt Christianorum, tutiores reddat ad suum cultum. Ad eam ergo accedit comes **c** in spe habitantem, et seorsum secum, et cum Deo versantem. Accedit autem ira plenus et statim ei plagas infligit, et ferreum ei collare **d** imponit et eam tradit consulari injustissimo judici. Ille vero et statim proponit instrumenta suppliciorum; et cum Martyrem curasset sisti ad suum tribunal; Miserere, inquit, tui, antequam periculum facias suppliciorum, sapienti utens consideratione; et immortalibus offer sacrificium. Sic enim tria lucrifacies maxima. Nam et deorum potentiam tibi reddes propitiam; et imperatorum attrahes benevolentiam; et florentem speciem acribus tormentis non facies flaccescere.

nec blanditiis
nec minis ejus
movetur, sed
contra illas
detestatur,
e

2 Hæc cum audisset Martyr, ad cælum quidem tollit oculos, quod illinc proficiscitur, evocans auxilium; signo autem Christi munita **e**; Es moribus quidem, ait, varius, o consularis, vaferque et callidus; sed ad nullam utilitatem

Eκράται ποτε τα της ἀσέβειας και βασιλείας επί τους τα Χριστιανών προσηυχάσασα εξεβρανεύ. Υπάσπισται δὲ αὐτοῖς και ὑπηρετοῖ τὴν των Χριστιανών ἐρευνην ἔργον ἐποιούτου, και πολυκείδας τοῖς εὐσεβέσιν ἡπεληκτο βασανοῖ. Μηνεται οὖν κομητὴ τει και ἡ γενναιωτατὴ Χαριτίνῃ, ὅτι μὴ μόνον τα Χριστιανῶν ὑπαρχε τιμωσα, ἀλλὰ και πολλούς προς τὴν αὐτῆς θρησκείαν * ὑπαγετα, και ὄη και τους τὰ Χριστιανῶν ἐλομενους ἀσφαλεσερους ἐπὶ το οἰκειον σέβας παρασκευαζει. Ἐφισταται οὖν ὁ κομητὴ αὐτῆ ἐπ' ἐπιπέδι κατοικουσῆ και κατα μονας ἐαυτῆς συγγινωμην και τῆ Θεῶ. Ἐφισταται δὲ και θυμου πλήρης, και παραντικα πληγας αὐτῆ ἐντεινει, κλωοντε σιδηρου περιετῆσαι, και τὴν δικαίαν ὑπατικὴν τῆ παρα πάντα ἀδικίῃ δικασῆ προαδίδου. Ὁ δὲ τατε των κωλασεων εἶδος προτιθησαν ὄργανα, τὴν Μαρτυρατε τῆ αὐτοῦ βηματα παρασῆσας, οἰκτερου, εἶπε, προ της των κωλασεων περας σαυτην, σωφρον χρησιμενη τῶ λογισμῶ, και τας ἀθανατοῖς θυσιαν προσηνεγει. Γραει γαρ ἂν οὕτω τα μεγαλα κερδανεις, ποτε των θεων κρατος ἐξιδεωτῆ, τηγε των κρατουτων εὐμενεια ἐπιπασιση και το ἐπαυθου της ὥρας οὐ βασανου δραμυτη μαρνανεις.

F

* θρησκείαν

2 Τουτων ἡ Μαρτυρ ἀκουσασα προς οὐρανον μὲν αἶρει τὰ ὄμματα τὴν ἐκείθεν ἐκκαλομενη βοηθειαν, τῶ δὲ του σαυρου φραζόμενη σημεῖω, ποταλος μὲν εἶ του τροπου, ὑπατικῆ, και το ἡθος ὑποουσσε και ἀπατηλος, ἐφρ. Ἄλλ' εἰς ἀνορθου * σα το σκληριου τουτο σαφως

* ἀνορθου

A σαφώς αποβησεται. Ουτε γαρ με κολακευον αιρησεις, ουτε απειλων καταπληξεις, ου συμβουλευων μεταπεισαι δυναση, ουδε μαλαξαι το εν εμοι του δια Χριστου παθων προθυμου επι τη μοιρη γαρ και αληθει Θεω πεποιθα και τουτω το παν της εμης ζωης ανατεθεικα. Ει τι ουν εμοι παθη, σουτου μαλλον οικτιρον της απατης. Σαντω συμβουλευσου τα χρηστοτερα: οπερ εστι, το μη ζουνας κωρις προτανεχνου, περι ων ειπε που ο ημετερος προφητης εν πνευματι Θεου, οι του ουρανου και την γην ουκ εποησαν, απολεσθωσαν και οι θεοι των εθνων διμιμονα. Και παλιν Τα ειδωλα των εθνων αγγυριον και χρυσιον, εργα χειρων ανθρωπων. Ομοιοι αυτοις γενοντο οι τιμωντες αυτα.

3 Επειδη τουτων ηκουσεν ο δικαζων, θυμω παλιν υποπλησθει, αυτος μεν εκλευεν εν χρω τας της κροσλης θριχας εκτεμεν. Το δε εγνωτο, και τουτω θαυμα μερισον ηκολουθει αυτης γαρ η κεφαλη κατακομος ην και ο θαλασσης πλειον τη θυμω κινηθει ανθρωπιον επιτεθηναι τη κεφαλη προσαττει: ειτα και εδω αυτης καταχεσθαι, τα των αληθδων ουτω δραμετερα παρεχομενος: Ερ' ος η γενναια, Κυρια Ιησου Χριστου, ειπε, των επι σοι πεποιθωτων η ασφαλης βοηθειαι, ο τους σους αγιους τρεις παιδεις εν μεση καιωμενης φλογος αληγετους διατηρησας, αυτος μοι και νυν παρσας προς τας δια σε κολασεις ενταχυσον, μηποτε τοις της αληθειαις εχθροις ειπω εν' εμοι γενοντο: Που εστιν ο Θεος αυτων? Και μετα την ευχην των οδυων η Μαρτυς ανιεται, και ην ουτω ρημασι ενχαριστηριος δελαζουσα του Θεου. Προς απερ αυτης ο υπατικος χαλεπνρας σιδηρος οβελισκους επιτροθεντας κατα των μαζων της Μαρτυρος εμπαγγηαι προσαττει. Της ουν χαλεπης αυτη τις δε * προσνεχησειης βασιου, αι μεν σαρκεις της σιδηρους εκεινους οβελισκους εδαπανωντο: το δε της καρδιας του προς Χριστου διαπυρον ερωτος επι πλεον ανηπτετο: ειτα και λαμπαδης πυρος κελειται ταις πλευραις αυτης επικαισθαι η δε, και των λαμπαδων υραπτομενου, των ειχων εκτενεσερον ειρετο, και της τιμωριας ανεθεισα προς το θεουσαι * ταις θεοις ηγαλαζετο.

* redundant hęc: τις δε

* θεωται seu potius θυται

4 Επει δε και καρδια και χειρισιν μεταθετος ην την ημελογηαι, επισης αυτη και ο δικαζων, την επι τη καρω ενστασιν ανεδωτος ων, κελειται ταυτην λιθον του παραηλου εκδεθηναι, και ουτως αυτην κατα βυθου θαλασσης απορριπηναι: οπερ δη γενομενου, εχχαριστω σοι, Κυρια, η Μαρτυς εβου, επι με δελθεν δι' υδατος θαλαττιου δια το σου ειλογησας ονομα, ωσε και καταραν ευρεθηναι κατα την ημεραν της αναστασεως: αλλα σου δεξον, ως δει και νυν, επι' εμοι τα θαυμασια, δι' ων επι πλεον δελασθησεται το μεγα σου ονομα εις τους αιωνας. Αμην. Ταυτα ουτως εκεινητε προσνηχετο, και τα δεσμα διαλυετο, μονος τε ο λιθος τη βυθω κατεδυετο: η δε, ω του θαυματος, κτρομω ποδι τοις της θαλασσης νοταις εριστατο και των υδατων οια σφραξας επιβαιουσα προς το αιγαλον επαρευετο: εν τουτω δε και του υπατικου ιδουσα προσμενοντα και το του πραγματος περας ιδεν, οπερ αν εγενετο, εκλεγομενου, χαίροις, υπατικε, λεγει ου δε μεχρι και νυν συνηκας την εις εμε του ενεργουτος εν εμοι Χριστου δυναμιν, η τυφλωται ενι φιλονεικει, και προς την αληθειαν απομαχεςθαι; Ει μεν ουν του σκοτους αρεμενος τη αληθινω προσδραμης φωτι, σεαυτω πραγματευση την σωτηριαν ει δε και επι τοις προτεροις εμμεναι βελησει, εμοι μεν πολλων αιτιος αγαθων, τη δε ση φυγη απολειας προσξενος εση. Ταυτην ο καταρακτος * την παρηρησιον ουκ ενεγκων, επι δε και το περι αυτην θαυμα καταπλαγεις εξιστατο εκουτου, και αβωνια κατεδωπητο. Οψε δε ποτε και μολις ανενεγκων τυνηναι μεν ουκ

* καταρακτος

aperte tibi redibit hęc perversitas; neque enim me capies adulans, nec me minans perterrefacies, nec consulens me poteris in aliam traducere sententiam, nec mollire id, quod est in me promptum propter Christum patiendi studium. Confido enim in solo et vero Deo f. Si mihi ergo credas, miserere potius tui erroris. Consule tibi ea, quę sunt utiliora, nempe surda non colere simulachra; de quibus alicubi dixit noster Propheta in spiritu: « Dii, qui cælum et » terram non fecerunt, pereant; » et: « Dii » gentium dæmonia, Dominus autem cælos fe- » cit g. » Et rursus: « Simulachra gentium » argumentum et aurum, opera manuum. Si » miles eis fiant; qui colunt ea h. »

AUCTORE METAPHRASTE

f

g

h

quare variis tormentis, non sine consecutis miraculis, afficitur:

E

k

l

m

3 Postquam hęc audivit iudex, ira rursus repletus, jussit quidem ejus capillos radi in superficie i. Illud autem factum est, et maximum consecutum est miraculum. Caput enim rursus fuit comatum. Ex quo iudex majore ira motus, jubet prunas ardentis imponi ejus capiti, deinde etiam acetum ei infundi, dolores sic præbens acriores. Propter quę generosa Virgo, Domine Jesu Christe, dixit, eorum, qui in te fiduciam posuerunt, certum et firmum auxilium, qui tuos sanctos tres pueros in medio flammę ardentis incombustus conservasti k, tu quoque nunc mihi adsis, et ad ea, quę propter te suscipiuntur, confirma supplicia, ne quando de me liceat dicere inimicis veritatis: Ubi est Deus eorum? Post preces autem relaxata fuit Martyr a doloribus, et Deum laudabat ei agens gratias. Quę quidem statim ægre ferens consularis, ferreos candentes obeliscos l jubet infigi uberibus Martyris. Hoc ergo gravi ei illato tormento, carnes quidem ferreis illis obeliscis consumebantur; cordis autem ejus amor in Christum magis accendebatur; deinde etiam jubet lampades ignis ejus admoveri lateribus. Illa vero, etiam dum lampades accendebantur m, intensius perseverabat in orationibus. Sed a cruciati relaxatę vis fiebat, ut diis sacrificaret.

in mare projecta, inde incolumis evadit; rursus frustra ex-cruciata; n

F

o

4 Cum autem et corde et labris in confessione esset immutabilis, iudex, qui æque atque ipsa in tormentis constans, ad malum erat obstinatus, jubet lapidem collo ejus alligari et sic eam dejici in profundum maris n. Quod quidem cum factum esset, Ago tibi gratias, Domine, clamabat Martyr, quod ut per aquam marinam transirem; propter sanctum tuum nomen, tibi visum sit, quo inveniri munda in die resurrectionis; sed tua ostende, ut semper, nunc quoque in me miracula, per quę magnum tuum nomen magis glorificetur in sæcula sæculorum, Amen. Hęc illa sic oravit, et dissoluta sunt vincula, et solus lapis fuit in profundo demersus. Illa autem (o miraculum!) firmo ac stabili pede stabat super dorsum maris, et per aquas, tamquam per terram solidam ingrediens, proficiscēbatur ad littus o. Interim vero cum vidisset manentem consulare et expectantem, quisnam futurus esset rei exitus, dicit: Salve, consularis. Ne nunc quidem intellexisti virtutem Christi, qui in me operatur? An adhuc contendis cęcutire et repugnare veritati? Si ergo relictis tenebris ad veram lucem accesseris, tibi procurabis salutem. Quod si persistere velis in prioribus, mihi quidem eris causa multorum bonorum, tuę autem animę interitum conciliabis. Hanc dicendi libertatem cum non ferret vir execrandus, eo autem, quod in eam accide-

AUGUSTORI
METAPHRASE

acciderat, miraculo esset obstupefactus, a se discessit, eumque vox et sermo defecit. Cum autem vix tandem ad se rediisset, nolebat quidem intelligere. Dixit autem : Ut magnam Galilæi p̄ putem esse potentiam, persuadent ea, quæ facta sunt ; sed ego conabor ostendere, ea quæ facta esse præstigiis q. Sic dixit, et in eos, qui astabant, statim oculos conjiciens, jubet eos statim nudare Sanctam et manibus post tergum victis eam rotâ r alligare et carbonum cumulum cum ferreis quibusdam secantibus instrumentis substernere et rotam frequentius circumagere, ut, contritis paulatim membris, cum gravi dolore Martyr e vita excederet. Atque machina quidem statim fuit perfecta. Superinum autem rursus auxilium solita quoque nunc ostendit ; nam descendens angelus et flammam carbonum extinxit, et robur carnificum dissolvit, ut nec rotam quidem possent omnino circumagere.

5 Hinc animo perplexus, et plane ignarus, quid ageret, præses non dubitavit alia excogitare supplicia. Jubet ergo manuum et pedum ungues ei evelli. Et illi quidem protinus fuerunt amputati. Tormentum autem ab illa reputabatur, perinde ac si alius pateretur s. Ipse autem rursus prioribus alia adjiciens, ei quoque jubet dentes extrahi : sed quomodo præses in gravibus inveniendis, ita nec illa in gravibus ferendis supplicis fuit defatigata. Itaque purum ejus corpus probro afficere cogitavit sceleratus. Et ad ministros conversus, eam, inquit, accipite et in excelsum et medium aliquem locum ducite et præcones euntes per universam regionem finitimam, ad probrum ei afferendum convocent chorum impudicorum. Postquam autem probro et contumelia satis fuerit affecta, eam ad me reducite, ut ea, quæ desunt, ei adjiciam. Martyr autem Christi ei respondit : Est mihi Christus, qui omnia sola voluntate transmutat, et solo nutu, qui etiam meam animam hodie suscipiet immaculatam, tuis, o prophane, dispersis et dissipatis consiliis. Hæc cum dixisset, manus simul, mentem et oculos in caelum tollens, oravit Deum, quem desiderabat. Postquam autem oravit, cum pace apud eum deposuit animam sacrificans purum corpus et spiritum ei, propter quem omnia pro nihilo reputabat, melius judicans mori, quam peccare etiam præter sententiam t.

6 Qui autem etiam post ejus mortem, apud se immortalem volebat alere insaniam, consularis quid machinatur? Jubet ejus corpus cum multa arena in saccum injici et projici in profundum maris, non magis illam deinceps crucians, quam Christianos, et volens eos privare divitiis et gloria reliquiarum u. Atque sic quidem ad effectum est deductus consularis jussus; et in undas projectum fuit corpus Martyris. Sed ne tunc quidem tui oblitus est, o Charitine, Deus, qui vicissim glorificat eos, qui ipsum glorificant; nam tunc quoque, ut solet, ostensus est faciens magna; et tres quidem totos dies corpus tenuit mare, pulchre servatum, et nullo penitus detrimento affectum. Deinde corpus idem, quod communem coluit Dominum, ipsum quoque omnino reveritum, amice tradit propinque cuidam terræ. Vir autem quidam, cui nomen Claudius, moribus mitis ac moderatus, qui Martyrem aluerat ab ineunte ætate, cum id fideliter sustulisset, et præclare condiis-

cum jussu judicis probro afficienda esset, pie moritur.

Ejus corpus in mare projectum, illesum inde extrahitur et sepelitur.

εβουλετο φησι δε Μεγαλην οισθαι με του Γαλιλαιου του δυναμιν πειδουσι τα γενηθημενα, αλλ' εγωγε γοηται μαλλον εξαιρημενα διαλεξι ταυτα πειρασμαι. Ουτος εφη, και τας περιερωσω αυτικα τας οφεις επιβαλων γυμνωσαιτην Μακαριου ενδυς και περιερωσασαι προσατει τροχωτε προσδρασι και σωρευιν ανθρακιν κτιωθεν υποσπρωσαι και δε και του τροχου ελιττει συγχροτον, οπως τη κατα βραχυ μελων εκτριβη κτιωδινως η Μαρτυς απαλλαγη της ζωης. Τα μεν δε του μηχανηματος κατα ταχως απηριστοτο η ανωθεν δε παλιν επικουρια τα συνηδη, και νυν επεδεικνυτο και αγγελος καταπατας τητε του ανθρακιν φλογα εσβενυσε, και δη και την των δημοων ισχυν εξελουε, ως μη δε του τροχου ελιττει μηδαμως δυνασθαι.

ΕΚΑΤΑ ΤΑΥΤΑ ΠΡΟΕΙΠΟΝ Ο ΠΡΟΪΣΤΑΣ ΑΝΤΙΣΤΑΣ ΤΩΝ ΕΝ ΤΑΙΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣΙΝ ΕΙΣΤΕΛΛΟΜΕΝΩΝ ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΝ ΤΑΙΣ ΠΟΛΕΙΣΙΝ ΕΙΣΤΕΛΛΟΜΕΝΩΝ ΤΡΟΧΩΝ ΕΛΙΤΤΕΙΝ ΤΗΝ ΚΑΤΑ ΒΡΑΧΥ ΜΕΛΩΝ ΕΚΤΡΙΒΗ ΚΤΙΩΔΙΝΩΣ Η ΜΑΡΤΥΡ ΑΠΑΛΛΑΓΗ ΤΗΣ ΖΩΗΣ. ΤΑ ΜΕΝ ΔΕ ΤΟΥ ΜΗΧΗΜΑΤΟΣ ΚΑΤΑ ΤΑΧΟΣ ΑΠΗΡΙΣΤΟΤΟ Η ΑΝΩΘΕΝ ΔΕ ΠΑΛΙΝ ΕΠΙΚΟΥΡΙΑ ΤΑ ΣΥΝΗΔΗ, ΚΑΙ ΝΥΝ ΕΠΕΔΕΙΚΝΥΤΟ ΚΑΙ ΑΓΓΕΛΟΣ ΚΑΤΑΠΑΤΑΣ ΤΗΤΕ ΤΩΝ ΑΝΘΡΑΚΙΝ ΦΛΟΓΑ ΕΣΒΕΝΥΣΕ, ΚΑΙ ΔΗ ΚΑΙ ΤΗΝ ΤΩΝ ΔΗΜΩΝ ΙΣΧΥΝ ΕΞΕΛΟΥΕ, ΩΣ ΜΗ ΔΕ ΤΟΥ ΤΡΟΧΟΥ ΕΛΙΤΤΕΙ ΜΗΔΑΜΩΣ ΔΥΝΑΣΘΑΙ.

5 Καταυθα τονν ο αρχων θεπερρωμενος, ομως εν τοις βασανωις αλλας επωνειν οκ ηπορει. Τους των χειρων ον ουγκας αυτης και ποδων εκπασισθησαι προσατει, και οι μεν ευδης εξεκοπουτο, τη δε, ως ετερου πασχοτος, η βασανωις ενουμειζε, και παλιν αυτος τοις προτεροις ετερα προσθεις, εκκοπησαι ταυτης και τους οδοντας, διεκλευετο αλλ' ωσπερ εκεινη τα θινα φερει, οτω μεν ουδε αυτος παλιν τα θινα εξεωρισκει ουδαμωις απηγορευκει. Υβρισαι τονν το καταρον αυτης σωμα ο μικρος επωνει και προς τους υπηρετας επιεγραφεις, λαβετε, φησι, ταυτην, και επι τινα των υψηλων και μεσαιοτανων τοπων αγραχτε κηρυκεστε κατα πασης της πλησιοχωρου φοιτωντας εφ υβρει τη ταυτης ακολικων χροου συγκυκαλιωσαν μετα γουν το εκκαλω υβρισθησαι προς με παλιν επαναγαγετε, ωςε προσεθηναι ταυτη και τα λεπομενα.

Η δε του Χριστου Μαρτυς προς αυτον, δεσ με Χριστος, απεκρανατο, παντα μετασκακουζων θελησει μονη και βωπη νευματος, δε και την ευην ψυχην απικου προσδεξεται σημερον, τα σα, βεβηκει, διασκουδασας βουλευματα. Ταυτα ειπουσα, χειρασε ακυ και φρενας και ομματα προς ουρανν αρατα τω ποδουμενω θεω προσηνηχετο. Έπα δε και ηβηατο μετ' ειρηνης αυτω το πνευμα παρεθετο, καθαρον θυσασα και σωμα και πνευμα τη, δι' ου παντα παρ' ουδεν ελογιζετο, βελτεον αποθανειν μαλλον, η και παρα γνωα* αμαρτειν κρινασα.

6 Ο δε και μετα της αυτης θανατου θινατου παρ' ευτω την μακιν στερανεν* εθδων υπατικωις* αν τρε- τι μηχαναται; Έν σικκος το ταυτης σωμα μεταγε φαιμω πολλης βληθηρι κελουει, και τω της θαλασσης εκπορηρηται βυθο, ου μαλλον εκεινην η Χριστιανους το λοιπον τιμωρουμενος, και πλουτου και δεξης οσης αποσπερει αυτους τον λεψιανων βουλυμενος. Ειχε μεν ον ουτως τω υπατικω περας το κελουεμα, και κατα κυματων ο νεκρος της Μαρτυρος ερηπτο αλλ' ουδεν τουτω σου, Χαριτωη, ο τους αυτον δεξαζοντας αντιθαλαζων Θεος επελαθετο, αλλα και νυν, ως εθος, μεγαλεια ποιων επεδεικνυτο, και τρεις μεν ελας ημερας του νεκρον ειχεν η θαλασσα, κελως εκεινη* φυλαξασα και μηδον ελωις λυπηνημενη, αλλα το του κοουου δεσποτην θεραπειουσαν σωμα και αυτη παντως καταυθεθεσαι ειτα τη γαιτων χερσω προσπελωις περιθιδουσι, και τiz αυτη, ο Κλαυδιωις ουμηα, επιμικης τον τροπον και μετρωις, δε και την Μαρτυρα εκ πρωτης θραγως ανεβρεφατο, πωςω ανελομενος, λαμπρωις τε μερωις και περιεμικας λαμπροτερον εν τωι τιμωι τοπω κατεθετο, ταρον αυτη σθεδιασας, ουχ ως

* αν γνοιμην?

* αν τρε- φεν?

* αν εκεινη?

A ὡς ἐκείνη προέπων, ἀλλ' ὡς ὁ καιρὸς ἐδόθη, καὶ ὁ τότε κρατούντων φόβος ἤπειρε. Ταύτων τῆ Χριστοῦ Μαρτυρῆ Χαριτίνῃ το τέλος, πεμπτην τῶ τριηκοντα του Ὀκτωβρίου μηνὸς ἀγοντος ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῶ κυρίου ἡμῶν, ὡ ἡ θάνα καὶ το κρατος εἰς τους αἰωνας των αἰωνων. Ἀμην.

set, in quodam venerando loco id deposuit, ei raptim constructo sepulchro, non ut illum de-
cebat, sed ut tempus dabat, et eorum, qui tunc rerum potiebantur y, præscribebat metus. Hic fuit finis Christi martyris Charitines, quinto mensis Octobris. In christo Jesu Domino nostro. Cui gloria et potentia in sæcula sæculorum. Amen.

AUCTORE
METAPHRASTE

ANNOTATA.

a Vide, quæ de epocha martyrii S. Charitinæ ex conjectura diximus in Commentario num. 44 et 42.

b Hunc alia Græcorum monumenta Domitium, alia Domitianum vocant. Consule num. 43 et sequens Annotatum.

c Dissonat nonnihil hæc Metaphrastis narratio a Menologii Basiliani et Menæorum verbis num. 3 et seqq. recitatis. Sed forte sic utraque narratio concilianda est, ut Domitius comes, et Amisenorum, ut nobis videtur, iudex consularis, prius ad Claudium, Charitinæ dominum, scripserit, quo hic eam ad se mitteret, ac mox comitem quemdam ex administris suis legarit, qui eam ad se vincitam perduceret, suoque sisteret tribunali.

d De plagis ante juridicam ullius criminis probationem Charitinæ inflictis, videsis quæ in Commentario sub initium numeri 15 dicta sunt : Collare autem, quod Christi Martyri injectum fuisse narratur, erat vinculi genus, quo captivorum collum constringebatur, ne e satellitum aut lictorum manibus elabi ullo modo ipsi possent.

e Quam fuerit ab omni retro tempore Christianis usitatum ac solemne, præsertim, dum quid grande inceptarent, se crucis signo munire, seu ut Lactantius de Mortibus persecutorum cap. x ait, suis frontibus immortale crucis signum imponere, patet tum ex hoc S. Charitinæ exemplo, tum etiam ex Tertulliano libro de Corona militis cap. 3, ubi is ita loquitur : Ad omnem progressum atque promotum, ad omnem aditum et exitum, ad vestitum et calceatum, ad lavacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quacunque nos conversatio exercet, frontem crucis signaculo terimus.

f Absunt a versione Latina, quæ his verbis Græcis exprimuntur : Καὶ τοῦτο το παν τῆς ἐμῆς ζωῆς ἀνατέθεικα. Supple ergo in Latino textu : Et ei omnem vitam meam consecravi, vel : Et in eo omnem vitam meam reposui.

g Voces, quæ respondeant his Latinis : Dominus autem cælos fecit, a Græco textu absunt.

h Prior textus reperitur apud Jeremiam cap. x v. 44; posteriores in Psalmo 95 v. 5 et Psalmo 113 v. secundo h et 8. Porro non esse a veri specie alienum, quod duriora hæc in tyrannum verba a Christi Martyre congesta fuerint, ostendi in Commentario num. 45.

i Summæ ignominix nota mulieribus inuri tum temporis credebatur, si eis summa capitis superficies decalcaretur. Vide Galonium in Tractatu de instrumentis martyrum eorumque cruciatibus pag. 140 et 142.

k Leges Danielis caput 3.

l Obelisci illi ferrea erant instrumenta, ex crassiore sui parte in acutam cuspidem desinentia, cerdonum subulis non absimilia, quæ et acumine suo et igneo ardore non poterant non in tam teneris virginei corporis membris vehementissimos cruciatu excitare, dum carnes ita lente torrebant.

m Incensas faces, non tantum lateribus martyrum, sed et singulis eorum membris admotas quandoque fuisse, testatur Lactantius de Mort. persecut. cap. 21. Lampades autem illæ, ut ex Galonio et Laurentio de Rebus publicis docet Pitiscus in suo Lexico Antiquitatum, fiebant hoc modo : Desumebantur, inquit laudatus Pitiscus, vasa quædam lata unius palmi longitudinis, vel aliquantulum majoris, quæ deinde a summo ad arcioiorem formam paululum præpostere perversæque pyramidis instar contrahabantur atque adstringebantur. Erant autem vasa, vel terrea, sicuti indicant illa, quæ ex ruinis hujusce Urbis (Romæ) nonnunquam eruntur; vel ferrea, ut innuit Colum. xii, 18,.... Postea vero vasa hæc hastulis quibusdam quadratis et simul colligatis septa, quæ ad vasorum similitudinem et ipsæ a summo paulatim adstringebantur, igne flammam emittente repleri solebant. Porro has hastulas, si ad ea, ad quæ lampades usui erant, animum referamus, intelligemus, quinque aut sex palmis plus minusve extitisse oblongas. Harum effigiem exhibet Galonius citato Tractatu pag. 75. Ceterum, ut Lactantius, supra laudatus, innuit cap. 21, nonnunquam tortores lampades illas quantum ad flammantia lumina, haud vero quantum ad calorem, paulo ante exstinguiebant, quam martyrum corporibus eas admovent, ut sic lentiori igne cremandis martyrum membris optiores essent.

n Mare istud fuisse Pontum Euxinum, Amiso urbi proximum, ex conjectura docui num. 43.

o Ita S. Petrus, ut testantur Evangelistæ, divina virtute ambulavit super aquam, quod et aliis Sanctis contigisse, perhibent Ecclesiasticæ Historiæ.

p Hoc nomine impius iudex per blasphemiam Christum Dominum vocat, sceleris sui imitorem pessimum postea nactus Julianum Apostatam, qui et victricem Dei ultoris manum agnoscere coactus fuit.

q Nempe cum prodigia illa, tota quandoque civitate inspectante patrata, negare non possent iniquissimi iudices, ne Christianos veri Dei cultores esse fateri cogerentur, per summam insaniam miracula illa dæmonum præstigiis adscribebant.

r Hujusmodi fere rotam exhibet Gallonius pag. 27 littera B, nisi quod ardentium carbonum Octobris Tomus III.

AUCTOR
METAPHRASTE

cumulus inter aculeos ferreos hic expressus non sit. Hoc autem rotæ supplicium sæpenuero non esse sine igne illatum, ex Apuleio et Euripide docet Pitiseus in suo Lexico verbo Rota.

f Nempè vel præ consolationis divinæ, qua perfundebatur, abundantia; vel Deo concursum suum subtrahente, ne suppliciorum instrumenta vires suas in sanctam Martyrem exererent.

t Id est, quam libidinosam virginæ corporis contagionem etiam invite pati; ut enim, cum S. Ambrosio quilibet pudici censent, periculum pudoris bonis feminis est morte gravius.

u Huc spectant Eusebii verba lib. viii Ecclesiasticæ Historiæ cap. 6: Sed et corpora regionum cubiculariorum (a Diocletiano et Maximiano Galerio pro Christiana fide intersectorum) ... ipsi eorum legitimi domini erui ex sepulcro et in mare projici oportere censuerunt, ne quis illos sepulcris conditos, pro diis, ut ipsi quidem opinabantur, reputans, in posterum adoraret, seu eorum reliquias debito dulci cultu afficeret.

x Synaxarium Sirmondianum Claudium hunc a domino seu hero S. Charitinæ, quem Claudianum vocat, diversum facit. Ego Metaphrastem aliosque secutus, Charitinæ herum Claudium vocavi, quem nihil vetat inter domesticos suos habuisse virum sibi cognominem, cui Charitinæ a teneris unguiculis enutriendæ et instruendæ ac demum ejus corporis, ut rerum angustia patiebantur, sepeliendi curam demandarit.

y Hi nobis videntur fuisse Diocletianus, Maximianus Hercules et Galerius Maximianus, quos Lactantius cap. 16 tres acerbissimas bestias vocitat, quosque, ne Martyrum corpora rite sepelirentur, omni modo præcavisse, innuit Eusebius Annotato u supra citatus.

DE S. DIVITIANO EP. CONF.

APUD SUESSIONES IN GALLIA

SYLLOGE.

C. S.

CIRCA INITIUM
SÆC. IV.
In tribus
Martyrologiis
memoratur
hoc die,

Gesta SS. Sixti et Sinicii, primorum Remensium, SueSSIONENSISQUE EPISCOPORUM, in hoc Operenostro ad Kalendas septembris illustrata habes. Sinicio in SueSSIONENSIS præsulum Catalogis proxime subditur S. Divitianus paucis admodum martyrologis notus. Illum tamen hoc v. Octobris die memorat Martyrologium Parisiense, Eminentissimi Cardinalis de Noailles, archiepiscopi Parisiensis, auctoritate anno 1727 editum. Verba hæc sunt: Apud SueSSIONES sancti Divitiani episcopi, cujus corpus apud sanctum Crispinum Majorem quiescit. Præverat Castellanus in Martyrologio suo Universali eadem prorsus Gallie dicens. Paulo prolixius, at minus recte, ad eundem diem dixerat Andreas Saussayus in Martyrologio Gallicano: SueSSIONE, sancti Divitiani episcopi et confessoris, qui sancti martyris Sinicii successor, ita meritis vicinus, quam tempore remotus, ecclesiam primus in pace gubernavit, quam in tramitem justitiæ sanctis monitis et exemplis feliciter deduxit, et ita pervenit ad gloriam. Quid in hoc brevi elogio displicat, dicam inferius.

quo dicitur
colli; at in
Remensi de
eodem mentio
fit

2 Eundem Sancti titulo pariter honorant, ac die v. Octobris obiisse, notant Sammaritani fratres, quique horum Galliam Christianam continuaverunt eruditi Benedictini; Claudius vero Robertus, item in Gallia Christiana, sic loquitur, ut nescias, utrum diem v. Octobris velit ipsi emortualem fuisse, an ejusdem cultui sacrum. Eundem tamen hodie cali, expresse etiam asserit Claudius Dormoy, presbyter canonicus Regularis abbatiæ S. Joannis de Vineis apud SueSSIONES, in Historia ejusdem civitatis, tom. 1, lib. 11, cap. 3 Gallice inquit: Suffecerit scire, ipsum (Divitianum) ab Ecclesia coli, ut Sanctum, et hujus civitatis episcopum, ejusdemque memoriam ab illa ecclesia celebrari die v. Octobris. Verum tamen in Ms. codice Remensis ecclesiæ SS. Timothei et Apollinaris, apud Sollerium nostrum

inter Auctaria Usuardina laudato. Depositio illius ad diem xxviii ejusdem mensis legitur his verbis: SueSSIONIS, Depositio sancti Divitiani episcopi et confessoris.

3 Fortasse eundem codicem laudavit Marlotus in Historia metropolis Remensis lib. 1, cap. 17, dum ait: Martyrologium Remense (ubi cuncta strictim referuntur) nudum Divitiani nomen habet, brevi ornatum præconio, his verbis: «Quinto Calend. Novemb. Depositio sancti Divitiani episcopi et confessoris.» Tum hic subdit Marlotus: Depositio autem ea est, qua homo vinculis carnalibus absolutus, liberiturus ad cælum, terrenum corpus deponit, ex S. Ambrosio sermone de depositione S. Eusebii. Vult itaque Marlotus, in Remensi codice emortualem S. Divitiani diem, non sepulture translationis tempus signari. Non ex animo, an iste sermo, qui in novissima Operum S. Ambrosii editione inter supposititios recensetur, vere illius sit; nec diffiteor, vocem depositio eo, quo apud Marlotum, modo passim adhiberi; non tamen certo ausim asserere, eandem hic ita accipiendam esse, ut nequeat superesse suspicio de consignato potius die, quo S. Divitiani corpus in honoratiori tumulo aliquando fuerit collocatum. At utrovis modo ea vox hic exponenda sit, ex prædictis equidem liquet, S. Divitianum saltem ratione cultus ad hunc diem v. Octobris pertinere.

4 Neminem hactenus legi, qui dicat, aliqua S. Divitiani Acta antiqua exstare; si vero recentiores consulas, nihil quoque de insigni hoc Viro apud hos reperies, præter mentionem illius factam a Flodoardo lib. 1 Historiæ Remensis cap. 3, quam ex editione Colvenerii transcribo. Sanctus vero Sixtus. Remorum primus episcopus, etiam SueSSIONICAM * fundasse fertur ecclesiam, et B. Sinicium, collaboratorem et cooperatorem suum inibi constituisse; quique post ejusdem S. Sixti decessum, nepote suo, ut fertur, sancto Divitiano, SueSSIONI a se pontifice ordinato, quoniam noviter instituta Remensis ecclesia lacte adhuc tenera forte fovebat pignera, necdum ad onus

die 28 hujus mensis, ignota mihi de causa.

Pauca de illo scimus ex Flodoardo,

* alii SueSSIONICAM